Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



super regione desiderabili super vinea fertili Ecce humum populi mei spine
et vepres ascendent quia magis super omnes domos gaudii ciu
tatis exultantis Dominus enim dimissus est multitudo urbis ei
ta est. Tenebre et pulveres facte sunt super solitudines usque in eternum Fun
da onagrorum pascua gregum domus effundat super vos spum de
exercitu et erit desertum in chermel et chermel in saltum reputabit
et habitabit in solitudine iudicium et iustitia in chermel sedebit et
erit opus iustitie pax et cultus iustitie silentium et securitas usque in
sempiternum et sedebit populus meus in pulchritudine pacis et in ta
bernaculis fiducie et in requie opulenta / grando autem in descensione
saltus et humilitate humiliabitur civitas Capitulum XXXIII

Ecce qui spoliasti super omnes ages iniquitates pedum bovis
et asini Ve qui pdaris nonne et ipse pdaberis et qui spoliasti
nonne et ipse spolieris cum consumaueris depdationem depdaberis
Cum fragaueris desineris contempnere contempnetur Domine miserere
nobis te enim expectauimus esto brachium nostrum in mane et salus nostra
in tpe tribulationis A voce angeli fugerunt populi et ab exaltatione tua
dispersi sunt gentes et congregabuntur spolia nostra sicut collegit bru
cus velut cum fosse plene fuerint deo Magnificatus est dominus qui ha
bitauit in excelso implebit sion iudicio et iustitia et erit fides in
tpibus tuis Divitiae salutis sapientia et scientia timor domini ipse the
saurus eius ecce videntes clamabunt foris angeli pacis amare flebit
Disperate sunt vie cessauit arrisor p permisit testem fieri et pactum
pecat ciuitatem non reputauit homines / Luxit et elanguit terra consu
sus est libanus et obstupuit et factus est saron sicut desertum et con
cussa est bazan et carmelus Nunc consurgam dicit dominus nunc exalta
bor et nunc sublimabor Concipietis ardorem parietis stipula
spiritus vestrum ut ignis vorabit vos et erunt populi quasi incendio cinis
Spine congregate igni combuerunt audite qui longe estis quid fe
cerim et cognoscite viri fortitudinem meam Contriti sunt in sion
peccatores possedit timor hypocritas Quis poterit habitare de vobis cum igne
devorante cum quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis Qui
ambulat in iustitiis et loquitur veritatem Qui proicit auaritiam ex
calumpnia et excutit manus suas ab omni munere Qui obturat
aures suas ne audiat sanguinem et claudit oculos suos